

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I. U. D. & Professor Ad
Festum Angelorum summa cum devotione recolendum Omnes & singulos Cives
Academicos serio adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734824289>

Druck Freier  Zugang



R.U. Progr. 1648

1) Johann Quistorp

2) Heinr. Rahne

3) "

4) "


5) Joach Schnobel




4

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICVS RAHNE,
J. U. D. & Professor
AD FESTUM
ANGELORUM
summâ cum devotione
recolendum.

*Omnes & singulos Cives Academicos
seriò adhortatur.*



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLVIII.



Misericordiæ divinæ est,
quod non consumti sumus. Nam
quod Paulus ille magnus Eccle-
siæ propugnator, & divinitus ele-
ctum organum Evangelicæ Phi-
losophiæ, ille religionis veræ ac
pietatis architecton, ille inquam, homine major
& cælestibus assuetus colloquiis, ipse fatetur, no-
vimus imminere nobis illum hostem infestum,
simul & perpetuum Dæmonarchem, primigeniæ
noxæ suaforem & impulsorem, contra quem
in procinctu nunquam non stare nos debere au-
tumat, nec interim unquam securitati indormi-
miscere. Nam & aperte sævit, leonis rugientis in-
morem: & occultè insidiatur, ut Draco vel ser-
pens. Magis autem metuendus cum fallit, quàm
cum sævit. Rectè in eum **PRUDENTIUS**,
omnium poëtarum Christianorum prudentissi-
mus & eruditissimus:

*Procul esto pervicaci
Præstigiator astu.
O tortuose serpens,*

Qui

*Qui mille per meandros
Frandesq; flexuosas
Agitas quæta corda*

Omnia genera tentandi & artes atq; insidias de-
jiciendi usu vetustatis edidicit. Antiquus est ho-
stis. Si imparatum invenerit CHRITI militem,
si rudem, si non sollicitum, ac toto corde vigilan-
tem, circumvenit nescium, fallit incautum, de-
cipit imperitum. Nemo enim celerius opprimi-
tur, quàm qui nihil timet: & frequentissimum
initium calamitatis est securitas. Habet nequis-
simus ille laqueos quibus animas irretiat, habet
viscū quo insidietur. Laqueus, ut ille ait, in auro,
viscum est in argento, nexus in prædio, clavus in
amore Dum aurum petimus; strangulamur: dum
argentum quærimus, in visco ejus hæremus: dum
prædium invadimus, alligamur. Clavus est libi-
do, clavus tristitia, clavus iracundia, clavus am-
bitio. Neq; ullum huic hosti præsidium in acces-
sum est, nobili B. PAULI exemplo, qui ne gra-
tiæ quidem majoris prærogativâ, huic eximi cer-
tamini potuit. Quemadmodum enim Latro-
nes non struunt insidias pauperibus, & vacuam
crumenam habentibus: sed iis, quibus pleno tur-
get sacculus ore: sic diabolus eos quærit de jice-
re, quos cum maximè videt stare. DEUS Opt.

Max. conservatum vult genus humanum : ille
 Abaddon vel Zabolus, ut à Cypriano vocatur,
 perditum & destructum. Præcipuè autem invi-
 det atq; insidiatur piorum fidei eorumq; exitio
 unicè delectatur. Quis igitur hominum tanto
 tamq; atrocissimo holti resistere posset, absque
 DEI auxilio, absque Angelorum tutela & præ-
 sidio foret? Quis insuper in tanta bellorum tem-
 pestate, rebus pæne desperatis, quoniam præter
 vota nihil superest, nos salvos ac incolumes præ-
 stitisset, absque Angelorum ope ac opera fuisset?
 Deum immortalem! quàm omnia sursum deor-
 sum miscet fatalis hæc Erynnis: quæ universum
 orbem Christianum, veluti dato ab inferis nego-
 tio, commovendum suscepisse videtur. Audi-
 mus (prò dolor!) & horret animus luctuque re-
 fugit quoties audimus, quot aliis in locis com-
 mittantur belli prætextu rapinæ, quot sacrilegia,
 quot raptus, quot alia dedecora, quæ etiam vel
 nominare pudet. Leve sit, si nostræ militiæ ho-
 mines Homericò verbo audiant

ἄγνωστος ἢ ἐπιφώνησι δεινὰ κτήρες;

Agnorum & hædorum publici raptores;

prædia, municipia, ædes sacras diripere, tectis
 flammam injicere, in reluctantes ferro grassari,
 etiam non reluctantes quasi animi gratiâ jugula-
 re,

re, nullius misereri, nemini parcere, Tros Rutu-
lusve fuit, juxta conficere, hæc nunc sunt virtutes
illæ, hæc decora scilicet, quæ bello petuntur.
Quamquam nos ne nunc quidem omnibus belli
hujus funestissimi & maximè feralis molestiis li-
beremur, hæc tamen beatissimæ illæ super-
norum civium turmæ Rempublicam nostram
eiusque tutati sunt, ut DEO immortali immor-
tales gratias meritissimo debeamus. Cum aliæ ur-
bes opida & pagi aut civibus viduati aut in cine-
res federunt & cadavera jacent, nostra Sarepta
adhuc paulò meliore loco constituta manet.

Vnde hoc? Angelici dux agminis ille MICHAEL

Nostra coronavit murorum mania fido

Militiæ populo. Quis tam ferus hostis, ut ausit

Infestare urbem, pro quâ vigil ultor in armis

Excubat omni tuens, tot & Omnipotentis alumni?

Cæterum neque aut cum pestilenti lue aut cum
fame colluctati sumus. Sed tanti quæ causa bo-
ni? meruitne bonorum

Vis operum pollens & vita puriter acta?

O utinam! sed enim potuit solùm omnia nobis

Illud inexhaustum CHRISTI MISERERE

mereri.

Is Angelis suis mandavit de nobis, uti custodi-
rent nos. Creavit enim ab omni labe corporea

secretos hos spiritus non tantum ad suam gloriam: sed etiam ad nostram omnium utilitatem. Creavit eos, non quod sine illis non possit agere omnia: sed ut nos inde ipsius majorem clementiam agnosceremus. Quò respexit B. Hieronymus: magna dignitas, inquit, animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum deputatum. Et poëta ille Christianus:

Grandis bonos Anima est, quod quævis una ministrum

Custodemque sui de cælo nacta sit unum.

Græci oraculis fidem habentes, invictos Trojanos eorumque urbem fore credebant, quamdiu à Palladio (fatali postea Romani imperii pignore) custodirentur. Nugæ sunt & affaniæ. Absque Angelis tutelaribus essemus, vel hoc momento de nobis actum conclamatumque foret. Quare, CIVES ACADEMICI, curet unusquisque sedulo, ne vitæ improbitate angelos abs se segreget: odio habeat commissa sua, & hodie ad frugem redeat. Sero confessionis & pœnitentiæ remedium adhibetur, cum jam in summis labris est anima. HODIE, HODIE revocate gradum, CRAS est nutricula pravi. Serio vobis persuadete, placere Angelis non posse, quicquid flagi-

flagitiorum sordibus inquinatum est. Ut fumus
& fatentia alia apiculas abigunt: ita profecto
hos socios & tutores, vitæ improbitas. Illis autem
depulsis, in locum eorum malos angelos succe-
dere, qui callidissimi sagacissimi que sunt ad no-
cendum, & miseros mortales in exitium perdu-
cendum, nemo sanæ mentis inficiari poterit. Et
cum anima decesserit è corpore, (sunt verba Macarii
Ægyptii) si fuerit illa peccati rea, accedunt chori da-
monum, & angeli sinistri, ac potestates tenebrarum,
apprehendunt animam illam, & imperio suo subjuga-
tam, in suas partes pertrahunt. Nec debet hoc vide-
ri cuiquam insolens. Si enim dum viveret homo,
& in hoc seculo ageret, in servivit illis, quanto
magis cum egreditur ex hoc mundo detinetur.
ac possidetur ab ipsis? Ergò CIVES AC ACADE-
MICI, vitam moresque vestros ita componite,
ut beatissimi spiritus dignos vos inveniant, qui-
bus & in his terris ministerio suo adsint, & ipsi in
æterna beatitudine iis aliquando similes sitis.
Nulla interim dies abeat quin linea pietatis & vir-
tutis alicujus ducta super sit, nec unquam post so-
lis occasum dici possit, hodie amici perdidimus
diem. Ne & festum hunc diem conservis ac fra-
tribus vestris sacrum nefariè atque impiè perda-
tis, est quod officii ratione vos monemus,

Si

*Si chorus aligerum, cœli felicis alumni
Omnibus exemplis hominem letantur ob unum
Cui peccasse dolet: quidni latemur & ipsi
Oh decus illorum tamque alta lucis honorem?
Et si de nobis in cœlo festa celebrant,
Cur non in terris eadem celebremus & ipsi?*
Valete. P. P. Rostochii sub sigillo Universitatis
ipso MICHAELIS die An. clō 16
XLIX.



ẽ paradiso ejeti tenebris flammam
nati eramus. Nunc verò per Nati-
vitatem sic Deo jungimur, ut
credentes filii Dei & æternæ glori-
æ nunc filius Dei factus nostra caro
Deus in nobis, cum nobis, inter
adeoq; totus nobis natus & datus
cat, blandè ad se invitat, & delicias
habet. Pax nobis cum Deo nunc
reconciliatio perfectissima, benevolen-
tia. Quis enim à Deo nos jam separabi-
mus & frater noster factus sibi com-
municabit, quorum causam Deus ipse assu-
mptam suam impertit, quos velut oculi
sponsus sponsam, aut pastor fideles
& defendit? Quis deniq; peccatum
infernum ullâ ratione nos turbare aut
tranquilla deicere possent, cum
habemus propitium, peccatores reci-
piamus instar solentem, vitam & in
sanctè promittentem? GAUDETE
in hoc Servatore nostro semper, &
gaudeo, dico, GAUDETE, curas procul
pate, quia nobis adest I M M A N U
Angelicam, quâ nato Christo
IGNUM universo orbi partum
ciatur. Exurgat anima quæ visum
Dominum & in Deo salutis suæ
Canamus cum Ecclesiâ: *Grates*

ernis desti-
anc miracu-
incarnatum
evadamus;
manuel, est
propter nos,
amicos vo-
er homines
ima, recon-
ma & imota.
eus ipse Ho-
quis accusa-
s justitiam.
llam velut
am custodit
o, mors, in-
te solidâ ac
unc habea-
afflictos ma-
eleste nobis
in Domino
n Apосто-
nihil metui-
tate vocem
UM MA-
oribus nun-
magnificet
ico exulter.
es reddamus
Domi-

